



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Praefatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

IESV CHRISTI CASTISSIMI amatoris & suauissimi sponsi castarum

mentium, quotquot vel solenni professione, vel voto, aut
deliberato proposito eidem ipsi in perpetua men-
tis & corporis castitate se seruituras
obtulerunt.

*Epistola, & in Alloquium sequens e Germanico in latinum
transfusum.*

PRÆFATIO.



Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta &
corpore & spiritu. 1. Corin. VII.

Charissima filia, non ignorante me tam innumera esse in hoc mundo,
quæ carnem aduersus spiritum incitent ac foueant (quandoquidem ipsa caro
sic in patria versatur, omniaq; illi terrena suffragantur, iuuant, solantur ac
roborant, at ipse spiritus in exilio & carcere hic desolatus degit, & parum consolationis aut
epis habet, nisi à me solo, & diuini verbi mei predicatione, operapretium duxi te monere &
cohortari, vt in eo quod tam pie ac salubriter, proposuisti, hoc est, in statu virginitatis, mea
gratia & ope subnixæ, perseueres. Nam certus sum, quod vel centum reperies, quæ ad in-
dum, ad carnem illecebras, ad peritura vitæ, mundiq; amorem inuitabunt, à quibus ego, D.
Paulus & Ioannes Apostoli merite summopere dehortantur. Et inter hos centum vix vnum
offendes, quæ ad virtutes, ad castitatem, vitæq; honestatem hortetur, aut qui te per illam ar-
etiam viam, angustamq; portam (quos ego ipse docui per paucos admodum homines inueni-
re) ducere velit. Idcirco eo magis tua predicanda est deuotio singulariûq; animi fortitudo,
quod multorum malis impugnationes æquanimiter perpeti, quam de via hac recedere, aut
arreptum immutare propositum, vel te illorum associare numero, de quibus Apostolus inueni-
loquitur: qui secundum desideria sua coaceruant sibi magistros prurientes auribus: quales
proh dolor hac miserando seculo quam plures inuenire est, qui cum spirita ceperunt, carnem
consummant, seduci se sinentes à falsis hisce Doctoribus & pseudapostolis, qui his nonisimis,
diebus totum serè mundum falsa sua predicatione infecerunt, multorumq; simplicium soluerunt
terere animos, & à bono proposito retraxere. Sed gratulor tibi dilecta filia quam plurimum,
quod de eorum consortio non es, qui huiusmodi se ductorum voces audiunt, quando te præ
omnibus me solum audire, de me solo loqui delectat, meiq; solius desiderio esuas ac flagras,
nec habeas in celo vel in terra me quempiam chariorem, à quo putes te videri, aut posse
edoceri. Quod cum pro comperto habeam, ante omnia quam maxime necessarium tibi fuerit
aures cordis tui ad me erigere, meq; tecum parumper colloquentem audire. Peruenit namq;
vox tua ad aures meas suppliciter deprecans diuinam maiestatem meam, vt te tanquam
miseram atque mille diaboli laqueis expositam, in sacro virginitatis proposito, confortare
velim, vt id in finem vsque mei gratia ac amore illa sum inuolutamq; seruare valeas. Ideo
viri verus syncerusq; tui amator, tuis pijs condescendens precibus, benignè eas exaudiam, dis-
feramq; primo apud te de fortitudine animi quæ te præditam esse oporteat propter in-gruen-
tes tentationes: Deinde de excellentia ac virginitatis dignitate: Postremo quam
ratione possit, imò & debeat hac eadem virtus conseruari, ac de multis
alijs quæ te ad huius angelicæ virtutis amorem poterunt accendere.

1 Cor. 13.

Gala 6.

1 Ican. 2.

Mat. 7.

Luca. 13.

2 Ti. 4.

Gala. 3.

ALLO.